ſe entiende, que el da ninguna de aquellas coſas que perteneſcen al ſeñorio del Reyno (6) ſeñaladamente, aſsi como moneda, (7) o juſticia de ſangre. (8) Mas ſi todas eſtas coſas fueſſen pueſtas, e otorgadas (9) en el preuillejo de la donacion, eſtonce bien paſſaria al logar, o a la perſona, a quien fueſſe fecha tal donacion; ſaluo ende, que las alçadas (10) de aquel logar deuen ſer para el Rey que fizo la donacion, e para ſus herederos; e deuen fazer guerra, e paz (11) por ſu mandado. Otroſi dezimos, que todo ome puede fazer donacion, por carta, o ſin ella, dando quanto quiſiere, para ſacar catiuos, (12) o para refazer alguna Egleſia, (13) o caſa derribada; e por dote, o por donacion que ſe faze por razon de caſamiento. E aun dezimos, que ſi algund ome quiſiere fazer donacion a alguna Egleſia, o a logar religioſo, o a Oſpital, que lo puede fazer ſin carta. Pero ſi quiſiere dar a otro ome, o a otro logar, puedelo fazer ſin carta, faſta quinientos marauedis de oro. (14) Mas ſi quiſiere fazer mayor donacion (15) de lo que es ſobredicho en eſta ley, lo que fueſſe dado demas, non valdria. Fueras ende, ſi lo fizieſſe con carta, e con ſabiduria (16) del

Circa valorem horum 500. marapetinorum vid. Momentaneo
Yor lig.a 12. n. 12. ubi post alia aserit valere 2625.
I.dea 8. D. Antoño ~ Escobar t. 2. compue. 25. per tot.
Herm. n.º 4. glos huius verbi

(6) *Del reyno.* Quæ ſunt iſta, habes hic, & *in leg. penul. tit.* 15. *part.* 2. & ibi dixi.

(7) *Moneda.* Intellige, & declara. *ut in dict. leg. pen. tit.* 15. *partit.* 2.

(8) *De ſangre.* Eſt ergo de regalibus merum imperium, ut hic vides, & dicit Oldra. *conſil.* 252. quod communiter dicitur per legiſtas merum imperium adhærere oſsibus principis, quod nullo modo poteſt à ſe abdicare, & fuit dictum quorumdam antiquorum, ut refert Joan. And. in dictis addit. *ad Spec. in verb. paſtoralis, tit. de juriſd. omnium judicum.*

(9) *Otorgadas.* Habes hic, quod Rex poteſt alicui concedere ea, quæ ſunt regalia, & idem habetur *in dict. leg. pen. tit.* 15. 2. *part.* quod nota, nam Lucas de Penna *in leg. contra publicam, C. de re milit. lib.* 12. ſuper hoc latè inſiſtit, quod Rex non poſsit concedere regalia in perpetuum: imò neque ad tempus, niſi ille cui concederetur, eſſet multum proba perſona, & utilis Regno, quod tamen talis conceſsio ad vitam Regis concedentis tantum valeat, habes *in dict. leg. penul.* ſecundum quam iſta eſt limitanda, & vide quæ dixi *in leg.* 10. *titul.* 18. 3. *partit.* in conceſſione vero meri imperii, vide quod habetur *in dict. leg.* 2. *titul.* 9. *lib.* 5. *ordin. regal.* ubi & de donationibus caſtrorum, & villarum; an autem is qui reperitur in poſſeſsione regalium, de quibus hic cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis, videas per Lucam de Penna ubi ſupra, quod ſic, & niſi oſtendat licitè compellitur ad reſtitutionem eorum, adde *leg.* 4. *titul.* 1. *lib.* 2. L. 2. *titul.* 1. *lib.* 3. *ordin. regal.* & intelligit, & limitat Lucas de Penna ubi ſupra, quando lis eſt cum Rege, vel ad ejus petitionem inſtatur, ut oſtendatur titulus: ſecus ſi quæſtio ſit inter privatos.

(10) *Que las alzadas.* Adde *L. pen. tit.* 15. *part.* 2. & quæ dixi *in leg.* 22. *tit.* 13. *ead. part.* in gloſſ. ſuper verbo, *o le embargaſſen*, & quæ habentur in cap. venientes de jurejurand.

(11) *Guerra, e paz.* Adde *L. pen. tit.* 15. *part.* 2. & quæ dixi *in dict. leg.* 22. *tit.* 13. *ead. part.* in gloſſ. ſuper verbo, *o no le fizieſſen hueſte.*

(12) *Para ſacar catiuos.* Adde L. *pen. C. eod.* & L. *fin. C. de jure dot.* & *authent. eo decurſum, C. de donat. ante nupt.* ubi iſta habentur.

(13) *Egleſia.* Approbat opinionem Pilei gloſſato. de qua per Joan. Andr. *in addition. ad Spec. tit. de inſtrum. edition.* §. *porro*, ſuper verbo *illud*, quam ibi ſequitur ipſe, & eandem opin. tenet Bart. *in leg. illud, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ſed Bald. *in dict. leg. illud*, tenet opinionem contrariam, ſcilicet, quod donatio facta Eccleſiæ ultra quingentos aureos, exigat inſinuationem, & videtur de mente gloſ. *in leg. ſancimus in princ. ſuper verbo quingentorum, C. eod.* & iſtam opin. tenet etiam Salic. & Paul. de Caſt. *in dict. leg. illud*, ideo tene menti iſtam L.

(14) *De oro.* Arbitror eſſe caſtellanos aureos hujus regni, quod pater ex his quæ notat Paul. de Caſt. *in leg. quicumque, col. C. de ſervis fugiti.* & *in leg. fin. in princ.* ubi in individuo loquitur de iſtis quinqentis aureis, *C. comm. de legat.* & ex his quæ notat Joan. de Plat. *in leg. quotiens, C. de ſuſcep.* & *archa. lib.* 10. & *in rubr. C. de veter. numiſ. po. lib.* 11. & Abb. *in capit. conquærente, de offic. ordin.* adde quæ dixi *in leg. L.* 2. *tit.* 11. 3. *part.*

(15) *Mayor donacion.* Sed quid ſi faciat pactum de non petendo aliquod debitum excedens dictam ſummam: an egeat inſinuatione? Joan. Andr. *in addition. ad Speculat. tit. de inſtrumentorum editione*, §. *porro, in additione magna tenet, quod non*, & Salic. *in lege creditori, C. de pactis*, gloſſ. tamen tenet contrarium *in leg. ſi quis obligatione, ff. de regul. jur.* & Bart. *in leg. modeſtinus, ff. de donation.* & eſt magis communis opin. ſecundum Alexan. *in dict. leg. creditori*, ubi Jaſo. & Socin. quid autem ſi quis remittat pœnam caducitatis, an egeat inſinuatione? Vid. Bald. quod non *in c.* 1. *in princ.* quid juris ſi poſt alien. vaſſa feud. redeme.

(16) *Con carta, e con ſabiduria.* Non ergo ſufficeret præſentia tabellionis, & teſtium: ſed requiratur etiam præſentia judicis ultra notarium: ita dicit Paul. de Caſt. *in leg. acta. ff. de re judica.* & ſequitur ibi Alexan. & ante eos hoc tenuerunt Cin. & Bald. *in leg. fin. C. qui admitti*, quos ipſi non allegant, ubi etiam tenet Jaſon, dicens ſe ita conſuluiſſe, & dicit Paul. de Caſt. *in dict. leg. acta.* quod ſi aliud diceretur omnia jura loquentia, de inſinuatione eſſent inania, cum de qualibet donatione conficiatur inſtrumentum, & quotidie practicatur in iſto Regno, ut quando donatio excedit 500. aureos, inſinuetur coram Judice, & opponitur in palatiis de iſto defectu, neque unquam fuit receptum, ut ſufficeret inſtrumentum Notarii: dicendum eſt tamen, quod donatio ſic excedens, ſi fiat in actu coram Judice, ſufficiat, cum acta deſiderant Judicis præſentiam, *ut in dict. lege acta*, & *in leg. ſive apud acta, C. de tranſaction.* & hinc eſt, quod inventarium, quod fit apud acta, dicitur inſinuatum, Bald. *in authent. ſi omnes in fin. C. ſi ſe, ut ab hac re abſtineat*; ſi tamen extra acta fiat donatio, & ſi fiat cum tabellione, & teſtibus, vel cum teſtibus, requiritur, quod poſtea illa donatio inſinuetur coram Judice: quia inſinuatio fit, non ſolum cum præſente Judice fit donatio: ſed etiam ſi poſt factum inſtrumentum donationis Judici intimetur, ut probatur *in leg. donatio. C. eod.* & ibi Ang. & *eod. tit. L.* in hac, ubi etiam notant Bald. & Ang. Et comprobatur ex notatis per Joan. Andr. *in tit. de inſtrumentorum editione*, §. *porro, in additione magna ſuper verbo ſubſcribat.* Sed quid ſi tabellio, coram quo conficitur inſtrumentum donationis, eſſet Judex, & tabellio. Vid. Alexan. *conſil.* 157. *vol.* 2. incipit, *viſo inſtrumento donationis, col.* 1. & 2. ubi tenet, quod tunc ſuſtinebit tabellio vicem duorum, & coram ipſo ſufficit inſinuari, ex quo eſt Judex, ſed an requiratur, quod Judex approbet expreſſe donationem, vel ſufficiat, quod tantum ſibi intimetur? *Gloſſ. in auth. ut non fiant pignorationes*, §. *illud quoque, collat.* 5. in verbo *geſtis monumentorum*, tenet quod requiratur expreſſa Judicis approbatio, & per illam gloſſ. ita tenet Guiliel. *in leg. illud, C. de Sacroſanc. Eccleſ.* qui etiam dicebat in inſinuatione, requiri cauſæ cognitionem: ne donans decipiatur, *C. eod. leg. data*, & poteſt, & debet interrogari de cauſis, quare patrimonium ſuum ſic exhaurit, & dicta Guiliel. recitat Bald. *in leg. ſi conſul. ff. de adoptio.* 1. *lectu.* 2. *col. verſic. tertia quæſtio.* con-

del mayor Judgador de aquel logar, (17) do fizieſſe la donacion.

LEY X.

Como por razon de deſconocencia ſe puede revocar la donacion.

DEſconoſcientes ſon los omes, a las vegadas, contra aquellos que les dan algo, o les fazen alguna gracia; (1) e porende touieron por bien los Sabios antiguos, que non fincaſſen ſin pena, e eſtableſcieron quatro razones, que por qualquier dellas, deue perder la coſa que le fue dada. La primera es, quando aquel que reſcibe el donadio, es deſconoſciente contra aquel que gelo faze; faziendole gran deshonrra de palabra, (2) o accuſandole de algund yerro, (3) por que ouieſſe de reſcebir muerte, o perder algund miembro, o cayeſſe en enfamamiento, o perdieſſe la mayor partida de lo ſuyo, ſi le fueſſe prouado: ca, como quier que otro alguno pueda dezir contra la perſona del que faze el donadio, non lo puede dezir, ni deue, el ome que reſcibe el algo del. La ſegunda es, faziendole tuerto de fecho, metiendo manos yradas (4) en el. La tercera es, faziendo grand daño (5) en ſus coſas. La quarta es, ſi ſe trabaja en alguna manera de ſu muerte. Mas ſi muger alguna, (6) auiendo fijo de ſu marido, deſpues de la muerte del faze donacion (7) al fijo, e ſe caſa con otro; como quier que diximos de ſuſo, que ſon quatro razones, por que puede ome revocar la donacion, en tal caſo como eſte non ſon mas de tres. El primero es, ſi deſpues de la do-

contrarium tamen tenet Bart. *in leg. Modeſtinus, ff. de donat.* & Bald. *in dict. leg. illud*, dicit de hoc eſſe caſum *in leg. fin. C. de præ. decurio. lib.* 10. qui text. hoc non bene probat: quia non loquitur, ubi donatio eſſet exceſsiva, & quod illa lex hoc non probet, licet rationem non aſsignet, dixit Joan. de Pla. *in leg.* 1. *C. de apochis publi. lib.* 10. *in fin. primæ col. ſeu prin.* 2. opinio Bart. & aliorum, quod non requiratur, decretum videtur probari hic, cum dicit, *con ſabiduria*, uno tamen caſu procedere poſſet opin. gloſ. & Guiliel. ſcilicet, quando inſinuatio eſſet contradicta per aliquos oppoſitores, veluti conjunctos donanti, qui dicerent ex levitate, vel ex turpi cauſa factam eſſe donationem, ut declarat Bald. quem vid. *in leg. nec quicquam*, §. *ubi decretum* 1. *col.* 2. *ff. de offic. pro conſul.*

(17) *Del mayor judgador de aquel logar.* Nota hanc legem declarantem coram quo Judice debeat fieri donationis inſinuatio, de jure communi non erat ita clarum, *ut in leg. in hac, C. eod.* & *in authent. de defenſo. civit.* §. *nulla*, & not. Joan. Andr. *in dict. addition. ad Specul. de qua in gloſſ. præcedenti.*

LEX X.

Propter ingratitudinem donatarii commiſſam vituperando, vel de crimine capitali, aut famoſo: vel ex quo ſi probaretur, perderet donator majorem partem, bonorum accuſando, vel percutiendo: aut magnum damnum in bonis inferendo: ſive mortem donatoris tractando revocat donationem: ſed ſi poſt donationem fact m filio, mater ſecundo nubat, non revocat donationem, niſi filius de ejus morte laboret: vel ſi percutit eam: ſeu ut ipſa perdat majorem partem bonorum laboret, & ſi donator vivens non fuit conqueſtus de gratitudine ad revocandam donationem, ejus hæredes non poſſunt hoc facere, hoc dicit.

(1) *Alguna gracia.* Quid ſi donetur propter benemerita? Videtur, quod non revocetur, cum illa non ſit propriè donatio, *ut in leg. aquilius, ff. de donat.* & facit *L. ſi pater* 34. §. 1. *eod. tit.* ubi gloſſ. & gl. hoc etiam vult *in leg. fin. C. de revocan. donation.* & tenet Abb. *in c. fin. de donat. col. pen.* incontrarium tamen arguit Bal. *in c.* 1. *col. pen. verſ.* dicit Dominus Jacob de Ravenna, quod demerita ultima magis præponderant, quam merita præcedentia, qui ultima culpa nocet, *L. ſi & per emptorem*, 51. *ff. de action. empt.* ſed tene, quod prædixi: quia probatur *in dict. leg. ſi pater*, §. 1. ubi gloſſ. hoc tenet, & adde Jaſon. *in leg. ex hoc jure, col.* 13. in ſecundo effectu obligationis antidotalis, *ff. de juſti. & jure*, & nota etiam, quod dos data non revocatur prætextu ingratitudinis per patrem, ſecundum Bal. *in leg. fin. col.* 3. *C. de dotis promiſ.* Bal. & Imol. *in leg. poſt dotem, col.* 7. *ff. ſolut. matr.* Jaſo. in §. *fuerat, col.* 22. *inſti. de action.* quod in patre verum videtur, eo quia tenetur ad dotandum, *L. qui liberos*, 19. *ff. de ritu nupt.* & ſic non poteſt dici gratia, in extraneo tamen cum ſit gratia, & donatio ſaltim reſpectu mulieris dotatæ, videtur contrarium dicendum, ad hoc faciunt, quæ dixi *ſupra eodem leg.* 8. in gloſſ. ſuper parte *dieſſe*, quid autem ſi in aliqua diſpoſitione majoriæ caveatur, prout aliquando fit, quod inobediens patri, vel poſſeſſori majoriæ privetur ſucceſsione, an procedat etiam in illo inobediente, qui non primo loco, ſed ulteriori ſperabat ſuccedere, vide text. *in leg. fin. de bonis liber.* & *facit. L. titius*, & ibi Bartol. *ff. de taſtam. milit.* quod non: quod fortè poſſet limitari, niſi ſit nepos major, cum ille in omnem caſum, ceſſante morte ejus, vel culpa, debet ſuccedere, facit *L. vivo.* 27. *ff. de bonis libert.* & *leg. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt.* & *vide in leg. divi fratres*, 17. *ff. de jure patron.*

(2) De *palabra.* Ita intelligebat Joan. Andr. *in c. fin. eod. titul.* nam de perſonalibus injuriis ſtatim ſubdit, & idem dic ſi eum fugavit, vel carceratum tenuit etiam ſine manus injectione, ſecundum eum, & Alberic. *in leg. fin. C. de revocan. donat.* & *per iſtam leg.* & *per dict. cap. fin.* patet, non eſſe neceſſe, ut ſæpe inferatur injuria verbalis, vel realis, prout dixit Faber *in* §. *ſciendum inſtitut. de donat.* motus per verbum, *effundat* poſitum *in dict. leg. fin.*

(3) *Acuſandole.* Tene menti, nam non reperies hoc ita expreſſum de jure communi, & vide *L. qui cum major.* §. *ſi libertus, ff. de bonis libert.* & *in aliis* §§. *illius leg.*

(4) *Manos yradas.* In *dict. leg. fin.* & *capitul. fin.* dicit impias manus, & ſic non procederet hoc, ſi ſe defendendo, vel alias percutit donatorem, *ut in capitul. ad aures*, & *in capit. in quibuſdam de pœnis*, & *in capit. ſi vero*, §. *penultim.* & *in fin. de ſententia excommunicationis*, & tenet Joan. Andr. *in dict. capitul. fin.* idem ſi jocoſe ſecundum eum, qui & ſubdit idem eſſe ſi ignoravit illum eſſe donatorem, cum ingratitudo in ignorante notari non poſsit. *L. ſi ignorans, ff. loca. capit. ſi vero* 2. *de ſententia excommunicationis*, habebit tamen locum ſecundum eundem, hæc lex, & ſi manu propria non percutit. ſed per alium percuti faciat, *capitul. ſi quis ſuadente* 17. *quæſtione quarta, juncto capit.* L. *mulieres in fin. de ſententia excommunicationis*, & idem dicit, ſi non manu, ſed pede percutiat.

(5) *Grand daño.* Procedit etiam ſi non fiat in tota ſubſtantia, vel majori parte: quia & in minori poteſt grave damnum inferri, unde hoc erit in arbitrio judicis, ſecundum Joan. Andr. *in dict. capit. fin. colum. fin.* & dicit probari *in capit. pen. eod. tit.* & quid ſi damnum non fuit ſequutum: fuit tamen attentatum? Joan. Andr. ibi inclinat, quod iſto caſu non habeat locum iſta pœna revocationis, neque obſtat littera ſequentis caſus, quia ipſa illatio periculi ibi eſt delictum conſumatum.

(6) *Alguna.* Concord. *auth. quod mater, C. de revocan. donat.*

(7) *Donacion.* Quid ſi promiſit de non revocando, etiam prætextum ingratitudinis, vid. quæ dixi *in leg.* 67. *tit.* 18. *part.* 3. & quid ſi fuerunt plures donatarii unius rei individuæ, an commiſſa ingratitudine contra unum tantum revocetur donatio in totum, *vi. in arg. leg. ſi quis hac leg.* §. *quotiens*, & *ibi gloſſ. ff. qui*, & *à quibus*, & *per gloſſ.* & Alberic. *C. de liber.* & *eorum liber.* L. 2.

donacion ſe trabajo de la muerte de la madre. El ſegundo, ſi metiere en ella manos yradas. El tercero es, ſi ſe trabaja de fazerle perder todos ſus bienes, o la mayor partida dellos. E por qualquier deſtos tres caſos ſobredichos, puede tal madre revocar la donacion que ouieſſe fecho a ſu fijo. Eſtas razones de deſconoſcencia, que dezimos en eſta ley, puedelas poner, e razonar, aquel que fizo la donacion. E ſi el ſe callare ende en ſu vida, ſus herederos (8) non la pueden retraer, nin querellar deſpues.

LEY XI.

De las donaciones que fazen los omes ſeyendo enfermos; qualen deuen valer, e quales non.

ALas vegadas fazen los omes donaciones, (1) eſtando cuytados en enfermedades, o temiendo otros peligros, de que non cuydauan eſtorcer: e porende queremos aqui fablar de las tales donaciones. E dezimos, que la donacion que ome faze, de ſu voluntad, eſtando enfermo, temiendoſe de la muerte, (2) o de otro peligro, que vale. (3) Pero tal donacion como eſ-

(8) *Sus herederos.* Adde dict. leg. fin. C. de revo. don. & c. fin. iſto tit. & L. 1. & L. his ſolis, ubi Bald. C. de revoc. dona. & facit L. omnimodo in princ. C. de inoffi. teſta. & L. non tantum, §. ſi emancipatus, ff. de bono. poſſeſſ. contra tab. L. 1. in fin. ff. ad ſylla. L. 2. & L. divi fratres, ff. de jure patro. L. procula. ff. de probat. limita niſi donator conqueſtus, dum vixit L. quæ à patre, C. de reſtitu. mili. vel injuriam ad animum revocaſſet, L. fin. C. de injur. vel cœpiſſet, vel præparaſſet ſe ad revocationem, vel dum veniſſet ad movendum hujuſmodi litem mortuus eſt, L. poſthumus, §. fin. ff. de inoffi. teſta. L. ſancimus in fin. C. eod. tit. item limita niſi ex pacto appoſito, vel alias propter talem ingratitudinem, donatio revocaretur ipſo jure, nam tunc tranſiret in hæredem, etiam quærela non præparata, quia injuria, quæ trahit ſecum executionem, tranſit in hæredem, ut notatur in leg. 3. §. quod ait prætor, ff. quod quiſque jur. & tenet in terminos Bald. in §. inſuper, col. fin. verſic. ex his etiam, de prohibi. feu. aliena. per Frede. & ſequitur Floren. in dict. c. fin. ubi vid. Joann. de Imol. col. 6. ad fin. nititur impugnare hoc dictum, præcedens tamen opiuio eſt verior, & communis, quam & tenet Bart. in dict. leg. 1. ad fin. primæ col. ff. de priva. delictis Alvarotus, & Card. Alex. in dict. §. inſuper, Soci. conſil. 66. col. pen. vol. tertio, limita etiam ſi donator ignoravit cauſam ingratitudinis, vel ſi ſcivit, non habuit tempus competens ad agendum, arg. c. cum in veteri. de electio. & c. fin. de donatio. & ejus, quod notat gloſſ. in leg. fideicommiſſum, C. de fideicommiſ. & in leg. ſororem, C. de his, quibus, ut indig. ſecundum Joan. And. & Abb. in dict. c. fin. ſuper gloſſ. fin. Item limita, & intellige iſtam L. in hoc, quod dicit, quod ſit opus, quod donator revocet propter ingratitudinem in donatione perfecta, & alias irrevocabili, ſi enim de ſui natura eſſet revocabilis uſque ad mortem, ut illa quæ fit per viam majoriæ, vel donationis in tertia bonorum juxta LL. regni, tunc videtur, quod ipſo jure revocetur, arg. leg. 3. §. fin. ff. de adimen. lega. limita tamen hoc niſi prælegatum, ſeu donatio revocabilis haberetur loco inſtitutionis, quia tunc neceſſaria eſſet exhæredatio in filio: quia quando prælegatum, ſeu diviſio bonorum facta per patrem, eſt ita magna, quod videtur ſuccedere loco inſtitutionis, ſeu hæreditatis relictæ judicatur tanquam inſtitutio, non tanquam legatum. Bart. in leg. Marcellus, ff. ad Trebel. & nota, quod in caſu, quo revocatur, licet ſuperveniat poſtea calamitas magna filio, ex quo diceretur pater miſertus filio, non tamen reintegratur donatio. L. non putavit, §. ſi quis emancipatum, ver. poſt liminio autem, ff. de bono. poſſeſ. contra tabul. An autem contra hæredem donatarii ingrati poſsit donator Agere; gloſſ. in dict. cap. fin. videtur velle, quod non ex quo tacuit donator in vita donatari, & idem vult gloſſ. fin. in dict. leg. fin. & ſequitur ibi Cin. Bald. Angel. Joan. Andr. & Abb. in dict. c. fin. nam iſta actio dicitur quaſi actio injuriarum, quæ tendit ad vindictam: igitur ſi non fuit intenta, neque competit contra hæredem, neque hæredi. L. cum emancipatus, §. emancipatus filius, ff. de colla. bono. & quod notatur in leg. ſi ille, ubi Joan. de Plat. C. de decurio. lib. 10. Incontrarium tamen facit, quod habetur in leg. fin. C. de adulter. de muliere decedente ante motam quæſtionem adulterii, quod nihilominus marito competat jus contra hæredem mulieris, & ſolve, ut per Joan. de Imol. in dict. cap. fin. col. 7. ex cujus dictis collige, quod ſi donatario non fuiſſet res tradita, ſed promiſſa, tunc poterit exceptione ſe tueri donator contra hæredem donatarii.

LEX XI.

Donatio cauſa mortis infirmatur, ſi donatarius moritur antequam donans, aut pœnitet donantem: aut ſi convaleſcit de infirmitate, & donatio cauſa mortis fieri poteſt ab eo, qui habet teſtamenti factionem, & debet fieri coram quinque teſtibus, & filiusfamilias licet non poſſet facere teſtamentum, poteſt facere donationem cauſa mortis de parentis conſenſu, item non tenet donatio vi, vel metu facta, hoc dicit.

(1) *Donaciones.* Nota tamen, quod appellatione donationis nō ſemper venit donatio cauſa mortis: quia non eſt propriè donatio, L. 1. §. 1. ff. eodem, unde dic, quod ſi iſtud verbum ponatur permiſsivè, tunc non includitur donatio cauſa mortis, L. ſi filius, ff. eodem, ſi vero ponatur prohibitivè, ut ſi ſtatutum dicit, quod mulieres non poſsint donare, tunc includitur donatio etiam cauſa mortis, Bald. in cap. 1. in princ. nume. 26. de probib. feud. alien. per Freder. & facit ad legem regni prohibentem mulierem contrahere ſine licentia viri, quod neque poſsit donare cauſa mortis. Incontrarium tamen facit, L. final. C. de donat. cauſa mortis forte poteſt dici, quod iſta donatio fiat pacto, vel ſtipulatione: quia tunc accidit magis contractui, quam ultimæ voluntati exigatur mariti conſenſus: ſi vero fiat ſine pacto: quia tunc magis accedit ultimæ voluntati, non exigatur, hæc diſtinctio colligitur ex dictis Bald. in leg. 1. C. de donation. cauſ. mort. & quod donare ſit contrahere, vide L. ſi donationis, & ibi gloſſ. C. quod metus cauſ.

(2) *De la muerte.* Debet ergo in donatione hac fieri mentio mortis, vel periculi, ut dicatur donatio cauſa mortis, neque enim eo ipſo, quod moriens donet, videtur donare cauſa mortis, ut in leg. Seya. §. final. ff. de donation. cauſa mortis, ita dicit Azo. C. eod. in ſumma, ſi tamen ex actis de hoc conſtaret, ſtaremus certo, ut notat Bartol. in leg. quæ dotis, columna 2. ff. de ſoluto matrimonio, & in dubio ubi fit mentio mortis, præſumitur donatio cauſa mortis, ut in dict. leg. Seya. §. final. L. Seya. ff. de dote prælega. gloſſ. in leg. mortis cauſa, §. Titia, ff. de donation. cauſa mortis. Cin. & alii in leg. 2. C. de jure dot. & vid. in materia text. not. in capit. de his de ſepultur. & Alexan. conſil. 81. volumine primo, & conſil. 14. eodem volumine, & conſil. 78. volumin. 4. incipit viſis, quæ allegantur, & conſil. 81. primo volum. & Soci. conſil. 53. volum. 1. & conſil. 232. ſecundo volum. in donatione cauſa mortis facta per eum, qui de propria vita deſperavit, tacite intelligitur conditio, ſi de illa infirmitate deceſſerit, licet ſecus ſit in hæredis inſtitutione, ſecundum Bald. in leg. final. C. de poſthu. hæred. inſtituendis, & hæc verba, dono tibi poſt mortem meam, vel, utere bonis meis poſt mortem meam: an inducant donationem cauſa mortis, vel inter vivos? Vid. Bald. in leg. ſi mortis, & in leg. in donationibus, C. ad leg. falcid.

(3) *Que vale.* Sed an tranſeat dominium ſine traditione, vid. Bald. in leg. ſi mortis, C. ad leg. falcid.

eſta puede ſer reuocada, en tres maneras. (4) La primera es, ſi ſe muere ante aquel a quien es fecha, que el otro que la fizo. La ſegunda es, ſi aquel que la fizo, guareſce de aquella enfermedad, o eſtuerce de aquel peligro, por que ſe mouia a fazer la donacion. La tercera es, ſi ſe arrepiente ante que muera. Ca tal donacion como eſta puede ſer fecha por todo ome (5) que ha poder de fazer teſtamento: e deueſe fazer (6) delante cinco teſtigos, (7) a lo menos. E maguer diximos en el Titulo de los Teſtamentos, que el fijo que eſta en poder del padre, non puede fazer teſtamento; (8) con todo eſſo bien puede fazer tal donacion como eſta, con otorgamiento (9) de ſu padre: e ſera valedera. E ſobre todo dezimos, que ſi el ome fizieſſe donacion, por premia que le fizieſſen, o por miedo, (10) que ouieſſe, que le matarian, que tal donacion como eſta que non valdria.

TITULO V.

De las Vendidas, e de las Compras.

VEndida, e compra, es vna natura de pleyto, que vſan mucho a menudo los omes entre ſi, porque es coſa que non pueden eſcuſar. Onde, pues que en el Titulo ante deſte fablamos de las donaciones, queremos aqui dezir, de las vendidas, e de las compras. E monſtraremos, que coſa es vendida. E quien ſon aquellos que la pueden fazer. E en que manera puede ſer fecha. E de que coſas. E a quien perteneſce el pro, o el daño, de aquello que es vendido, ſi ſe empeora, o ſe mejora. E que coſas, e que pleytos ſon aquellos, que deuen guardar, e fazer, entre los que venden, e compran. E ſobre todo eſto moſtraremos, por quales razones ſe puede desfazer la vendida, deſpues que es fecha.

LEY I.

Que coſa es vendida.

VEndida, es vna manera de pleyto que vſan los omes entre ſi; e fazeſe con conſentimiento de las partes, por precio cierto, (1) en que ſe auienen, el comprador, e el vendedor.

LEY II.

Quien puede fazer vendida, e quien non.

AQuellos omes, dezimos, que pueden comprar, e vender, que ſon atales que ſe pueden obligar (1) cada vno dellos, el vno al otro. E porende, lo que vendieſſe el padre al fijo que tiene en ſu poder, o el fijo al padre, non valdria; porque non pueden fazer obligacion entre ſi. Ca, como quier que ſean dos perſonas ſegun natura, ſegun derecho ſon contadas por vna.

(4) *En tres maneras.* Adde §. primum inſtitut. de donation. & leg. non omnis, ff. ſi certum petatur, leg. Senatus, de donatio. cauſa mortis, & repetit donator cauſa mortis fundum donatum cum fructibus. L. cum quis, ff. de condit. ob cauſam, & poteſt agere contra emptorem, qui emit à donatario eo vivente, ſecundum Bart. in leg. illud, §. 1. ff. de donat. cauſa mortis.

(5) *Todo ome.* Sed an minor, qui donat cauſa mortis, debeat jurare, ut valeat? Vid. Bald. ſub dubio fortè, quod ſic, quando donat promittendo, in §. item ſacrament. col. 3. de pace jura. firman.

(6) *Fazer.* Et an donatio cauſa mortis requirat præſentiam donatarii, vi. gloſſ. quæ iſtam quæſtionem diſputat in leg. 1. C. de donat. cauſ. mort. & concludit, quod ſic, ſed diſtingue, ut ibi latius per Salic. poſt Di. & vide L. inter mortis, ff. eod. & quod notat Bald. in leg. 3. ver. modo formatur talis quæſtio, C. qui teſta. face. poſ.

(7) *Cinco teſtigos.* Adde L. fin. C. de donatio. cauſ. mort. ſed an præſumatur donare inter vivos, quando non adhibuit tot teſtes, vid. Soci. conſil. 232. volum. 2. incipit multum eleganter, col. 1.

(8) *Teſtamento.* Hodie per leg. Taur. 5. poteſt filiusfamilias ætatis legitimæ condere teſtamentum.

(9) *Con otorgamiento.* Adde L. tam is, §. 1. ff. de donat. cauſa mort. & limita, ut in c. licet de ſepultu. in 6. ſed an exigatur mors utriuſque patris, ſcilicet, & filii, ut iſto caſu donatio cauſa mortis confirmetur, gloſſ. dicit, quod ſufficit mors ſolius filii, in leg. pen. C. de dona. cauſ. mort. ſuper quo diſtingue latius, ut ibi per Bald. & Salic. vid. etiam Bart. in leg. 2. §. 1. ff. de donatio. col. fin. & in leg. qui pretio, ubi gloſſ. ff. de donatio. cauſ. mort.

(10) *Por miedo.* Adde L. ſi donationis, C. quod metus cauſ.

TITULUS QUINTUS.

LEX I.

Eſt venditio unus modus pacti, quo multum homines utuntur cum partium conſenſu certo pretio inter ementem, & vendentem interveniente, hoc dicit.

(1) *Por precio cierto.* Nulla enim eſt venditio ſine pretio, ut hic, & in leg. 9. infra eod. §. pretium inſtit. de empt. & vend. ubi Joan. Fab. pulchrè dicit, quod licet exhibeatur inſtrumentum, in quo venditor confiteatur ſe vendidiſſe certo pretio: non tamen declaretur non valere, neque ſufficeret talis confeſsio, & idem ſi teſtes de venditione ita deponerent contra venditorem, licet ſecus eſſet contra tertium, ut notat Bal. in leg. 1. C. de rebus alien. non alien. & tradit Alexand. conſil. 18. vol. 1. & Socin. conſil. 208. vol. 2. col. 2. incipit viſis actis, & procedit iſta lex, etiam ſi venditor dicat, quod vendit juſto pretio: nam ex quo pretium non declaratur, non tenet venditio, ſecundum Joan. de Imol. in leg. ſciendum, col. 2. ff. de verb. oblig. neque obſtat L. ſi fundus, §. fin. ff. de pign. quia ille eſt caſus ſpecialis, ſed an daretur hoc caſu actio præſcriptis verbis ſi emptor, vel locator fruitus eſt re? Azo. in ſumma. inſtit. de locotion. tenet quod ſic §. qua de cauſa eod. tit. quem refert, & ſequitur Bal. in leg. contractus, col. 3. C. de fide inſtrum. & ſuccederet tunc arbitrium boni viri in declarando pretium ex qualitate rei, ut declarat Bald. novel. in tracta. de dote. fol. 11. col. 1. in princ. Jaſo. in leg. cum ſtipulatus, col. 7. in princ. ff. de verb. oblig. vid. tamen text. in leg. ſi merces in princ. ff. loca. & ego ex mente Azo. per dict. §. qua de cauſa inſtit. de locatio. intelligerem re vendita, jam conſumpta, vel perempta in poteſtate emptoris: alias non ſuccederet arbitrium boni viri in declarando pretium rei: ſed pretium ejus uſus, & commodi, quod emptor, quod nunc allegat defectum pretii, habuit ex illa re, cogita, quia Doctores non tangunt.

LEX II.

Hi poſſunt emere, & vendere, qui poſſunt ad invicem contrahere, & obligari: & ideo inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum, non valet venditio: quia una perſona reputantur, niſi de Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi peculio, hoc dicit.

(1) *Obligar.* Proſequitur dicta Azo. C. eod. in ſumma. col. fin. verſ. contrahitur autem venditio, vid. leg. 4. tit. 11. infra ead. part.